de(q̃ idem pompeius dicit)ferias antiqui feſtas vocabãt,vnde
Vlpianus.ff.de ferijs ꝛc.Si feriatis dieb⁹ fuerit iudicatũ.le
ge cautum eſt ꝛc.Et Cicero tertio officioꝝ.Venit ipſe mature
ſcalmũ nullũ videt:querit ex ꝓximo vicino num ferię quędã pi-
ſcatoꝝ eſſent/quod eos nullus videret.et ſeneca de breuitate vi
tę,de liuio druſo dicit,dixiſſe vni ſibi me puero quidem vnquã
ferias contigiſſe.Errant igit̃ ꝛ impꝛopꝛie loquunt̃/qui dicunt.
Feria ſc̃da tercia:vel feria quarta ꝛc.accipiẽtes feriã ꝓ quolibꝫ
die/ſiue feſtus ſit,ſiue non:eſt enim locutio violenter vſurpata,
de qua re alias melius et copioſius locutus ſum:Inde venit
verbũ deponens ferioꝛ aris,quod ſignificat agere feſtum,ꝛ eſſe
ocioſum.teuto,feirtag han,vnd myͤeſſig ſein.vnde Trebonius
in epiſtola ad Ciceronẽ:nec putes in aſia feriatũ illũ/id ẽ ocio-
ſum fuiſſe.Et Macrobius:quoniã tertiũ diẽ iam feriati ſum⁹.
Plinius in epiſtola ad Aciliũ.Et dies feriatus patitur plura
contexi:Et Hieronymus:memini me puerũ curſitaſſe per cel-
lulas ſeruulorum:diem feriatum duxiſſe luſibus.

G

¶ Gratioſus(teſte gellio lib.viij.capi.xij)dicit̃ tam is qui gra
tiã admittit/et cęteris impertit,q̃ꝫ cui homines fauent:ꝛ gratiã
apud homĩes habet.Au.gellius nullũ exemplũ affert:q̃ acti-
ue accipiat̃/ꝓ eo qui dat gratiã in frequẽtiſſimo apđ noſtrates
eſt in vſu dicentes:Gratioſe pater.Itẽ gratioſe pꝛinceps:quod
tñ ego rariſſime puto inueniri apud claſſicos/ꝛ ſũmates ſcri-
ptoꝛes,nec ego vnq̃ꝫ inueni:Sed paſſiue/ꝓ eo q̀ habet gratiã/
bene inuenit̃.Seneca li.pꝛio de clemẽtia ad neronẽ:nemo nõ
cui alia deſunt hoĩs noĩe apud me gratioſus eſt:ꝛ M.Cicero:
ad tulliũ fratrẽ de petitione cõſulat⁹:At Antonius et catilina
moleſti ſunt/ſimo homĩ nouo induſtrio ĩnocẽti diſerto gratioſo
apud eos qui res iudicant.

¶ Gloꝛioſus/aũt vſitate in vtranq̃ꝫ partẽ accipit̃/tã ꝓ gloꝛiam
habente/gloꝛięq̃ꝫ plenitudinẽ,q̃ꝫ ꝓ eo qui affectat in tempanter
gloꝛiã.In malũ accipit̃ apud Terentiũ:miles gloꝛioſus thꝛaſo:
hoc eſt oſtentatoꝛ/iactanticulu ſcꝫ.Et Plinius naturalis hyſto
rię li.x.ca.ſc̃do.loq̃s / đ pauonib⁹,ab auctoꝛib⁹(inq̃t)nõ gl̃ioſũ
tãtũ animal tradit̃:ſed ꝛ maliuolũ:Sed in bonum/et cicero đ
diuinatiõe lib.pꝛio,loquẽs de decio,cui⁹ moꝛs ita gloꝛioſa fuit/

vt eandē ↄcupiſceret filius. Seneca ep̄la. lxxxij. nullū malum glorioſum eſt: mors aūt glorioſum eſt; et Plinius cecili⁹ in epiſtola ad fundaniū: quos vt glorioſum ſic eſt/difficile eſt ſu p̄are Et frequētiſſimū eſt apud eccleſiaſticos, ꝙ dicamus deus glorioſus glorioſa victoria ⁊c̄.

¶ Groſſus non legi vnquā apud idoneos/in ea ſignificatiōe, vt ſignificet grob: ſed bene craſſus/in ea ſignificatione: vt apud Ciceronem: Craſſa minerua: Groſſi tamen dicunt̄ fici (teſte Macrobio in tertio ſaturna.) quę non matureſcūt. Vnd̄. Marticus, in milibus tot ficorū non videbitis groſſum. Et paulo poſt ſummas ab alio lacte diffluos groſſos. Et poſtumius albinus annali primo de bruto: Et cauſa ſeſe ſtultum brutumꝙ faciebat groſſulos ex melle edebat: hic groſſos eſt ſubſtantiuum/et certum genus ficoꝝ non obſcure intelligitur: Sic et Hieronymus ſuper Michea dicit: Immaturę ficus/id ē groſſi ficorum: quas hebręi bechora vocant. groſſitudo legi apud Senecā lib. 3. de beneficijs/et credo mendoſe legi p̄ craſſitudīe.

¶ Galenus medic⁹, nō galien⁹. vide de h, i dictōe, hypocrates.

¶ Gaſtrimargia gręca dictō penul, acuta: vt gręc⁹ accēt⁹ habet: ſed apud nos corripit̄, vt eſt in hymno: Jeſu q̄dragenarię, per g, nō caſtrimargia p̄ c ſcribenda, vt l̄ratores indocti ſcribūt in illo hymno quadrageſime: ieſu quadragenarię. Et ſignificat nimiam ingluuiam et guloſitatem, nō gule concupiſcentiam, vt indocti tradunt ⁊ cetera.

¶ Graphice (vt ego credo) ſignificat cōcinne ⁊ elegāter, et id qđ vulgo, artificialiter, dicimus.

¶ Galilea eſt regio iudeę, ⁊ ſcribit̄ in prima ſyllaba ſimplici l: nō gallilea, et ę dyphtongo in penultima: vt noſtri cōſueuerūt: vnde arator: inde galilęam repetit ſaluator ieſus.

¶ Gaſpar aris. per g declinabiliter reperio apud eruditos, nō per c Caſpar indeclinabiliter, vt indocti precipiunt; nec caſperus, dicendum.

¶ Grāmaticus ⁊ grāmatiſta differunt/ſicut litteratus: et litterator. grāmaticus enim gręce/latine litteratus dicitur, qui ē abſolute et perfecte doctus: ſed grāmatiſta gręce et litterator latīe dicitur mediocriter et imperfecte doctus. Hec Suetoni⁹ trā

quillus/de grammaticis et rhetoribus.et(eodem teſte)grammatici proprie dicuntur/poetarum interpretes,qui a platone rhapſodi dicuntur:

¶ Glans eſt fructus quercus/et aliarum arborum glandiferarum/non ſolum quercus. Et ſic glans fagi eſt fructus ipſiꝰ fagi ꝛc. Et ſicut paulus iuriſconſultus de verboꝝ ſignificatione dicit:glandis appellatione/omnis fructus continetur:quoniã ex his olim homines viuebant:glandem autẽ(vt dicit Pliniꝰ naturalis hyſtorie libro ſexto)que ꝓprie intelligitur,ferũt robor: quercus/eſculus/certus/ilex/ſuber ꝛc.

¶ Gratias agere eſt verbo,quod indocti dictũ regratior. Habere gratias eſt in animo habere. Referre gratiam ẽ factis: de quibus vide Laurentium:qđ autẽ noſtri dicunt fundimꝰ vobis multas gratias,vel fatemur/vel narramꝰ gratias/ꝓpter varietatem(credo)orationis,non credo apud aliquẽ recepti ꝛ illuſtrem ſcriptorem reperiri:et vnus Apuleius(qđ ego ſciaꝫ)dicit gratias dicere.ita eñ ait libro floridoꝝ,vt pro eo honore vobis multas gratias dicerem. Non autem dicas grates,quia ſoluꝫ poeticum eſt:licet quidam vſi ſunt in proſa oratione: Quintꝰ Curtius libro tertio,ꝑ ſe quiſqꝫ dextram eiꝰ complexi grates habebãt velut preſenti deo. Et Apuleius in ꝓlogo triſmegiſti, laudes grateſqꝫ maximas agens. Et Cicero de ſomno Scipionis:poſt ſuſpexit ad celum et grates(inquit)tibi ſumme ſol ago. hoc tamen rarum eſt/et forſan exemplar corruptum: vt quidaꝫ putant. Sed et Cornelius tacitus libro ſecundo dicit: Rediſſe vos in corpus nomenqꝫ germanie:cõmunibus deis:ſed p̄cipuo deorum Marti grates agimus:et ſepe alias. Et Martianus Felix capella.lib.vi.ago tibi habeoqꝫ.diua perſoluens qꝫ prepetes debeo grates:

¶ Gentilis(vt dicit Feſtus Pompeius)dicitur et is qui ſimili nomine appellatur:vt ait Cincius: gentiles mihi ſunt qui meo nomine appellantur.vel gentilis eſt ex eodem genere ortus,teutonice,ein freund. Cicero primo tuſcula, fuit enim meo regnante gentili. Et plinius epiſtolarum libro ſexto.paſſenius paulus,ſplendidus eques romanus/et in primis eruditus/ſcribit elegos:gentile hoc illi:eſt enim municeps propertij: Gentil my genant / my maech

atq; etiã inter maiores ſuos ꝓpertiũ numerat: ab hoc gentili-
tas dicta,q̃ ꝓprie eſt multitũdo ipa:vel familię,vel nationis ali
cuius:Plinius de viris illuſtribus,gentilitas eiꝰ Manlij co-
gnomine iurauit/nequis poſtea capitolinus vocaret̃:Scripto
res tamẽ litteraꝝ ſacrarũ/gentiles ⁊ greci ethnicos,vocãt omẽs
idoloꝝ cultores:ideo:quia in gentiliũ,hoc eſt maioꝝ ſuoꝝ,fide
perſtitére,nec religionis cultũ mutauére:quos eoſdem et paga
nos vocat Oroſiꝰ:ideo q̇a alieni a ciuitate dei/ex locoꝝ agre-
ſtiũ cõpitis ⁊ pagis venientes/pagani vocant̃.vel ſcđm alios
dicunt̃,⁊ maxime iuriſcõſultos,pagani nõ militantes:inde pa-
ganos vocitamꝰ/gẽtiles,qꝫ ſub vexillo chriſti nõ militent.

¶ Grado ⁊ grador aris et gradatꝰ hoc eſt habẽs gradũ.i.dig
nitatẽ:vocabula ſunt noua imꝑitoꝝ/et repertitia,nec meo iudi
cio honeſte in penũ romani ſermonis admitti pñt: ſed penitꝰ
gotthica et barbara:nec degradare latine dicimus.vt ſacerdo
tibus aliqñ cõtingit.Latine autẽ deſecrare dices.Eſt eñ deſe-
crare ex ſacro ꝓphanũ facere.vt Plautus,deſecrare eũ priꝰ opor
tet ne manus cõtaminem;Cõſecrare autem/eſt quod nos bar-
bare ⁊ gotthice dicimus/canoniſare,ſicut de ſanctis ⁊ dijs dici
mus:Tertulianus:male cum lucullo actum eſt/qui primus ce
raſa ex ponto italię ꝓmulgauit/quod non eſt ꝓpterea conſecra-
tus.Cicero,quod ſi vllum vnquã animal cõſecrandũ fuit/⁊ cę-
tera.Et Lactantius,et eorum memoriam poſt mortem cõſecra
tam eſſe ⁊c̃.At gradus ꝓ dignitate/etiam ab idoneis/⁊ latine di
citur:vnde Marcellus iuriſconſultus.ff.de ritu nuptiarum:
obſeruandum eſt(inquit)vt inferioris gradus homines ducãt
vxores eas quas hij qui altioris dignitatis ſunt/ducere ẽgibꝰ
ꝓpter dignitatem prohibentur;Et vegetius,vt ex prima cohor
te ad gradum quempiam promotus vadat.et Q.Curtius li.
q̇nto,erat inter duces/manu ſtrenuꝰ Bellon/q̇dã pacis artiũ ⁊
ciuilis habitus rudis:vetus miles/ab humili ordine ad eum
gradũ in q̇ tũc erat ꝓmotus;et Cicero ꝓ ſylla.neminẽ eſſe ex il-
lo honoris gradũ/qui nõ omi ſtudio virtute.auctoritate incu-
buerit ad rep.conſeruandam.

¶ Gloſſa duplici ſſ ſcribit̃/nõ ſimplici:vt apud indoctos:⁊ eſt
interdum lingue:Interdum lingũę obſcurioris interꝑtatio:

cuius apud grecos quinq; ſunt varietates ꝛ differẽtię: Cõmu
nis/Attica/dorica/ionica/ęolica: Quintili. in prio: ꝓtinus em̄
poſt interp̄tatõem linguę ſecretõnis:id eſt quas gręci gloſſas
vocãt. Eadẽ ꝛ gloſſemata vocãtur. inde gloſſematici, qui vul-
go gloſſatores vocãtur. nũc ab imperitis gloſę: ꝛ quidẽ ſimpli-
ci ſ ꝓquacũq; vſurpant̃ expoſitõe: quod quã bene dicat̃/vide
rint ipſi/qui gloſas illas, q̇bus nihil eſt ineptius, maiore cũ ap
paratu exponũt: q̃ priſcoꝝ iuriſcõſultoꝝ ſcripta: in quoꝝ enar-
ratione gloſſę illę/a q̇buſdam barbaris ac prorſus linguę lati-
ne im̄pitis/fuerũt cõpatę: nemo certe veterũ, hoc eſt erudito-
rũ/gloſſam, in ea vnquã accepit/ſignificatiõe: Hęc raphael regi⁹.
at Seneca etiã ĩ ep̄lis cõtra gloſſemata ſcribit: Et merito gloſ
ſę illę interliniares: quas nr̄i triulales mgr̄i faciũt, ab oibus vi
tãdę ꝛ iuuenibus ꝓhibendę ſunt in primis.

¶ Genitura appellat̃ latino vocabulo ꝛ erudito, qd̄ vulg⁹ in-
doctũ, natiuitatẽ, vocat: hinc eſt illud apud ſparcianũ: Seue-
rus genituras ſponſaꝝ requirebat cũ eſſet matheſeos peritiſſi-
mus. Et Julius firmicus peculiariter vtit̃: Ambroſius ſermo
ne triũ vſus, natiuitatẽ/ſicut vulgo dicit̃/appellat, in q̄rto exa-
meri. breui atomo exiguoq; mom̄eto diſtare natiuitatẽ inopis
et potẽtis ꝛc. alias genitura ꝓſpermate accipitur de quib⁹ plu
ra ſcribit Beroaldus.

¶ Grabat⁹ media ꝓducta apd̄ latinos eſt lectica/ſeu ꝑu⁹ lectus.
Grecıſta/ꝛ reliq̇ ponũt dr̄iam/dicẽtes, p gremio grabatũ ꝓ le-
cto pone grabatũ: ſed hallucinant̃ oino: q em̄ grabatus ꝑcet
gremiũ/nõ eſt lectũ apd̄ idoneos, ſed latini ſcribũt grabat⁹, ꝑ g ꝛ
ꝓducũt mediã, ſicut Virgil', in moreto, m̄ebra leuat ſenſim vili
dimiſſa ḡbato; greci ꝯ ꝑ k ſcribũt ꝛ priã ꝓducũt ſic κραβᾶτος

¶ Helena media breui ꝓnũciat̃, ſiue ſit grecoꝝ meretrix/ſiue
ſancta Conſtantini mater: neſcio autẽ cur indocti homĩes/q̇ ni
hil legerũt faciũt differentiã/inter ſanctã, ꝛ meretricem, quo ad
nomĩa/dicentes, ꝓ meretrice prima breui/ꝓ ſancta prima longa:
quaſi indignũ ducentes/ſanctã Helenam nomine meretricis
cõtaminare: cũ pl'es meretrices vocent̃ marię: pl'es Catharinę:
pl'es barbarę: pl'es Otilię: Silr pl'es virgĩes/ꝛ ꝓbę mlieres/
iiſdem nominib⁹: cum non nomina ſed res ſit inſpicienda.

H